



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Assertio Omnivm Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam  
Leonis X. Novissimam Damnatorvm**

**Luther, Martin**

**[Basel], 1521**

**VD16 L 3876**

Tricesimvs Septimvs. Purgatorium non potest probari ex sacra scriptura,  
quae sit in Canone.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33308**

ARTICVLORVM DAMNATORVM

Iustificari sincere doceret, neq; in hāc pompam creuisset,  
neq; ad horā, si q̄ casu creuisset, stetisset. Crucis est enī hec  
Theologia, quae damnat, quicquid Papa probat, & martyres facit. Vnde & Ecclesia, finito martyriū tempore, optima ac pene tota sui parte effloruit. Mox p̄ cruce successit  
uoluptas, pro penuria, opulentia, pro ignominia, gloria,  
donec ea quae nunc Ecclesia uocatur, ipso mundo, ut sic dicam, mūndior & ipsa carnē carnalior facta sit. Et ego nō  
habeo aliud cōtra Papæ regnum robustius argumētum,  
q̄ quod sine cruce regnat. Prorsus nihil pati, oīibus autē  
abundare & excellere studet, & nō est fraudatū desiderio  
suo. Haber, qđ uoluīt, facta q̄ est meretrix ciuitas fidelis,  
uereq; regnum ueri illius Antichristi.

Verbolus in hac parte fui necessitate rei, quae nō modo  
per hanc Bullam (quod ne pili quidē facio) sed per omnes  
pene Scholasticos doctores oppressa & extincta est, plus  
trecētis annis. Nemo em̄ hic nō cōtra gratia, p̄ grā scripsit,  
ita ut non sit res æque necessaria tractatu, quam & sēpius  
optauī, omissis frīuolis illis Papēsibus nugis & negotijs  
quae nihil ad Ecclesiam pertinent nisi ut ualst̄t, tractare:  
Sed longitudine temporis & magnitudine usus, operatio  
Satanæ, sic insedit, & errore isto sic habetauit animos ho  
mīnum, ut nullos uideam qui idonei sint ut intelligāt, ne  
dum ut nobiscū certēt, plena est harū rerum diuina scriptu  
ra, sed sic uastata per nostrū Nabuchodonosor, ut nec lite  
rārum facies & notitia reliqua sit, opusq; sit nobis qdam  
Esdra, qui nouas literas inueniat, & denuo nobis Bibliā  
reparet, quod spero nūc geri, efflorescētibus in toto orbe  
linguis hebraica & Græca. Amen.

TRICESIMVS SEPTIMVS.

Purgatorium non potest probari ex sacra scriptu  
ra, quae sit in Canone.

Satis

MAR. LVTHERI ASSERTIO.

Satis ridicule Sophistæ in hac re nugatur, adducentes il  
lud psal. lxxvi. Trāssiūmus per ignem & aquā, & eduxi  
stī nos in refrigerium: nō enim tantū habent cerebri & so  
lertiæ aut cogitatiæ, ut videat si hoc de purgatorio dictum  
est, oēs martyres totamq; Ecclesiā in purgatorium iuisse,  
cum in p̄sona martyrū & oīum afflīctorū hæc dicant, pro  
quibus ipsi scilicet sciunt iniuriam esse orare. Talibus enim  
autoritatibus stupida ista capita solēt sua pbare, solum ut  
nauseam & abominationē faciat p̄ijs spiritibus. Tale &  
illud. i. Corint. iii. Saluus ipse erit, quasi per ignem, cum  
Apostolus ibi de igne iudicij loquat. Dicens diē domini  
in igne reuelādū, sicut & Tessaloniceñ. i. dicit: Christū  
de cœlo reuelādū cum angelis virtutis suæ in flāma ignis,  
uindictam sumētis de ihs, qui nō crediderūt Euangelio. Si  
ergo his & similibus locis probat Purgatoriū, uere ex scri  
ptura pbabit prorsus nullū esse purgatoriū. Vnū locum  
habent cap. ii. Machabeorū. xii. usitatū, quē librum dixi  
sicut adhuc dico, nō esse in hac re ullius autoritatis, cū ni  
hil simile, neq; in nouo, neq; in ueteri testamēto legat.

Et quæ necessitas est, p̄ purgatorio sic tumultari, nisi  
q̄ Papistica Ecclesia Iucro suo timet, q̄ d'inaestimabile trahit  
ex purgatorio? Suo quisq; periculo hic credat uel nō cre  
dat, non est hæreticus si purgatorium nō credit, nec ideo  
Christianus si credit. Græca enim Ecclesia nō credit ma  
nēs Catholica, nec ei nocet, q̄ a Papistica Ecclesia, oīum  
Schismaticissima, criminat & insimulat Schismatis, solū  
ob hoc, quia nō sequit̄ suos nugaces a se reptos articulos  
fidei. Ego tamen & credo purgatorium esse, & consulō,  
suadeoq; credendum, sed neminē uolo cogi. Sicut, si non  
credam Thomā Aquinatem esse sanctū, licet a Papa cano  
nizatum, non sum hæreticus, quando & iij non sunt hæ  
retici, qui Thomam negat, licet a Papa approbatum & con  
firmatum in suis libris.

Tricesi

mar. lutheri assertio

Ende Januar

Credo purgatoriū  
anno 1547

Græca Eccle  
sia nō est hæ  
retica.